Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tanum. ut castigando tanquis assumpta ad utrar vegetationis fructum sit animar. Q Lectio libri Genesis 21
In diebus illis. Dixit rebecca filio suo iacob. Audivi patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo et dicentem ei. Affer venationem tuam et fac mihi cibos ut comedam et benedicam te coram domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consilio meis. Et pergens ad gregem attulit mihi duos hedos optimos: ut faciam ex eis escas patri tuo quibus libenter vescatur quas cum intuleris ut comedat benedicat tibi priusquam moriatur. Cum audisset. Ecce quod esau frater meus homo pilosus sit et ego lenis. Si attractaverit me pater meus et senserit tunc: ne putet me se illudere. Inducam super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mihi mater sit. Audivit illa maledictio fili mi. tantum audi vocem meam et pergens affer quod dixi. Abiit et attulit: deditque matri. Paravit illa cibos sicut noverat patrem illius velle: et vestibus esau valde bonis quas apud se domi habebat induit eum: pelliculasque edorum cum dedit manibus et collo induta protexit. Dedit pulmentum et panes quos coquerat tradidit. Quibus illatis dixit patrem. At ille inquit. Audio. Quis es tu fili mi. Dixitque iacob. Ego sum esau primogenitus tuus. Feci sicut precepisti mihi. Surge sede et comede venationem meam. ut benedicat mihi anima tua. Rursum ysaac ad filium suum. Quomodo inquit tam cito invenire potuisti fili mi. Qui ait. Voluntas dei fuit. ut cito mihi occurreret quod volebam. Dixitque ysaac. Accede